Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



administrationem vel receptionem aut alios quibuscunque diuinis vel extra ipsorum cuiuscunque sine aut censure ecclesiastice aut suspensionis seu prohibitionem alicuius hominis vel a iure generaliter promulgate tenetur abstinere vel aliquem vitare aut interdictum ecclesiasticum obseruare nisi sententia prohibitio suspensio vel censura huiusmodi fuerit in vel contra personam vniuersitatis ecclesiam aut loci certum aut certa a iudice publicata vel denunciata specialiter et expresse aut si aliquis ita notorie excommunicatus sententiam constiterit meruisse et nulla possit tergiuersatione celari aut aliquo iuris suffragio excusari nam a cuiusmodi illius abstinere volunt iuxta canonicas sanctiones perpetuum huiusmodi excommunicatos suspensos interdictos seu prohibitos non intendit in aliquo retinere nec eis quomodolibet suffragari

De interdictis

Quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione multa consecuti sunt scandala cuncte statuit per sinodum Synodus et nulla ciuitas oppidum castrum villa aut locus ecclesiastico supponi possunt interdicto nisi ex causa seu culpa ipsorum locorum aut dominii seu rectorum vel officialium propter culpam autem alicuius cuiuscunque priuate persone huiusmodi loca interdici nequaquam possunt auctoritate quatenus ordinaria vel delegata nisi talis persona fuerit excommunicata ac denunciata seu in ecclia publicata Ac domini seu rectores vel officiales ipsorum locorum auctoritate iudicis requisiti huiusmodi personam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non eiecerint aut ad satisfactionem compulerint quia extra post biduum eiectam recedente vel satisfaciente mox diuina resumi possunt quod etiam impendentibus locum habeat

De Appellationibus

Vt lites cicius terminentur super eadem grauamine aut super eadem interlocutoria vim diffinitiue non habentis nullatenus liceat sentido appellare quinquam ante diffinitiam friuole et iniuste appellans vltra condempnari expensarum dampnorum et interesse Iniquitatem Flor. Auri de camera pti appellati p appellantem iudicem condempnetur Datum in Sessione publica in sancto Synodi in ecclia Basilicen solempniter celebrata Anno Mensis Januarii Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quinto